Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Anthropologia Anatomico-Physica

Baumer, Johann Wilhelm Francofurti, 1784

VD18 11680695

Cap. XXVIIII. De nervo splanchnico magno, vulgo intercostali.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16622

mina super ossis occipitis condylos sita, datis octavo pari, cervicalibus fuperioribus, glandulis iugularibus & mufculis offis hyoidei ramulis, egrediens, atque inter carotidem ac iugularem internam descendens, ad maxillæ angulum, linguam eiusque mufculos ingreditur. Quædam huius paris fibræ, cum quinti paris ramufculis connexæ, in papillis, superiorem linguæ partem occupantibus, terminantur. Vid. Raym. Vieufenii nervographia univerfalis l.III.c. VIII. Lugd. MDCLXXXIIII. J. Franc. Wilb. Bæbmevi diff. de nono pari nervorum cerebri, Gert. MDCCLXXVII.

Schol. Ex cerebri medulla par olfactorium, opticum & oculos movens, ex cerebelli medulla par trochleare ac divifum, atque ex utriusque coniunctione reliqua nervorum cerebri paria ortum ducunt. Vid. Alb. de Haller primæ lineæ phyfiologiæ, S.CCCLXXI.

CAP. XXVIIII.

De nervo splanchnico magno, vulgo intercostali.

fexto nervorum pari modo duplici, Nervus modo simplici, principio in sinu duræ intercosta: meningis cavernoso, nervus intercostalis lis. magnus, splanchnicus magnus, originem ducit. Radix eius maior anterior atque

exterior carotidi adiacens, sæpius bisida, perpetua, altera minor, pone carotidem obvia, accidentalis est. Per canalem caroticum, vagina circumdatus, egrediens, atque a paribus oculos movente, gustante, auditorio, vago ac linguali ramulis auctus, inter fecundam tertiamque cervicis vertebram ganglio ut plurimum munitur. In duos ramos, propriis fuis gangliis præditos, nervus hic ex cranio proveniens dirimitur. Dein, iuxta spinam descendens, ac carneam septi transversi partem penetrans, abdomen ac pelvim petit. Varias etiam cum aliorum nervorum ramulis connexiones admittens, varia ganglia v. c. utraque cervicalia, fuperius fcilicet atque inferius, thoracicum, femilunaria aliaque ad lumborum vertebras variosque plexus v. c. cardiacum, cœliacum, heparicum, splenicum, renales, solarem, mefaraicos ac hypogastricum producir. Vid. B. Eustachii tab. anat. XVIII. J. B. Movgagni advers anat. V. tab. I. Alb. de Haller diff. de vera nervi intercostalis origine, Gættingæ MDCCXLIII. Dn. Caf. Christoph. Schmiedel epist. anat. de controversa nervi intercostalis origine, Erlangæ MDCCXLVII. Eiusd. disf. qua quædam de nervo intercostali notantur, ibid. MDCCLIIII.

Obs. In corpore viri mortuo duo filamenta nervea ex medulla oblongata, proxime ante nervum abducentem dextrum, seorsim emergentia observavi.

der malis.

- me signi suddlase 6. 3 II. Ha non san , I Am Inter secundam atque tertiam cervicis Intercostevertebram, sub vena iugulari ac pari vago, lis cerviprope carotidem internam, fuperius gan-cis. glion cervicale plerumque deprehenditur. Hoc tribus membranis, a meningibus venientibus, involutum, ac nervorum encephali, in paragrapho præcedente citatorum, arque nervorum cervicis ramulis auctum, musculis vicinis, carotidi eiusque ramis, aortæ, pharyngi, ganglio cervicali inferiori, pectori, pericardio atque cordi multos ramulos nervosos mittit. Truncus ad cervicis vertebras descendens, sensim auctus & gangliorum ope cum cervicalium nervorum ramulis iunctus, novos ramulos carotidi, tracheæ ac pectori largitur. Idem truncus, circa ultimam colli vertebram, ganglion cervicale inferius, acque in proxima vicinia thoracicum, vel dorsuale magnum, constituit; quorum illud cum sexto septimoque cervicalium pari, & hoc cum primo dorfualium pari brevibus ramufculis connexum est. Ab illo, interdum vero ab hoc, ramulus, cum nervo recurrente alioque paris octavi ramulo communicans, oritur, atque ad plexum pulmonalem pergit. Præterea ramuli ex superiori atque inferiori ganglio cervicali prodeuntes multiplici nexu aortam, arterias axillares, aliasque minores complectuntur, variasque connexiones cum paris vagi, intercostalium ac phrenici ramulis admittunt. A brevi intercostalis trunco, utraque dicta ganglia coniungente, ra-

214 CAP. XXVIIII. DE NERVO SPLANCHNICO

muli, nec non alii a cervicalibus, intercostali, recurrente finistro, aliisque paris octavi ramufculis venientes, plexum cardiacum efficiunt, cuius ramuli pericardio, cardiæ, cordi, eius auriculis & vafis fanguiferis magnis prospiciunt. Vid. Jo. Evn. Neubauer tr. de nervis cardiacis, JenæMDCCLXXII.

Truncus dor fualis,

-pe ell trich airivis, III. Sub primo ganglio dorfuali nervorum intercostalium trunci, super ligamenta, costas cum vertebris iungentia, descendentes, inter quamlibet coftam cum nervis dorfualibus ganglion nectunt, arque cum nervo costæ proximæ duobus filamentis brevibus coniunguntur. A descensus huius medio usque ad ultimam dorsi vertebram, trunci intercostales quinque ut plurimum ramos ad lateralem anterioremque vertebrarum superficiem oblique emittunt, qui omnes, circa ultimam dorsi vertebram coëuntes, inferioremque septi transversi museulum penetrantes, datis utrique diaphragmatis fuperficiei ramulis, pone renes succenturiatos ganglia semilunavia horumque plexus, cum pari vago connexionem admittentes, producunt. Horum finistrum dicto loco ipfi aortæ incumbit, dextrumque illi adeo vicinum est, ut plexibus suis inter se confundantur.

mus sent venno \$ 19 HH. v primitissim sels

Plexus cæ- Ex gangliorum semilunarium coniunliacus, he- Etione plexus caliacus, arteriam eiusdem nopaticus, minis circumdans, atque in melocolon fila-Iplenicus.

mentis quibusdam se demittens, oritur. Dextri lateris femilinare ganglion, magna plexus cœliaci pars, nonnullique plexus stomachici ramuli plexum bepaticum coniun-Etim efficient, qui vasis huius visceris sanguiferis atque biliofis, cyftidi felleæ, pancreati, duodeno ac reni fuccenturiato ramusculos tribuit. Sinistri lateris semilunare ganglion plurimis ramulis plexum splenicum constituit, qui, cum plexibus cœliaco & stomachico, ac huius ope cum pari vago connexionem habens, arteriam splenicam amplectitur, datisque pancreati ramulis, lienis substantiæ dicatur.

Ex filamentis, ab utroque ganglio semi- Renales as lunari, atque lumborum venientibus, ple-solaris. xus renales conficiuntur, qui, arteriis spermaticis, renalibus, renibus & capfulis atrabilariis prospicientes, cum dictis gangliis ad magni plexus mesavaici formationem concurrent, atque cum plexu ventriculi coronario, aliisque trunci intercostalis ramulis, connexionem habent. Præterea dextri lateris plexus renalis cum plexu hepatico, & finistri lateris plexus cognominalis cum splenico connubia ineunt. Inter ultimam dorfi primamque lumborum vertebram, ab utro plexu semilunari plexus solaris exoritur, qui ramulos, radiorum instar dispofitos, mesocolo, mesenterio septoque transverso largitur. about the partners will be a strictly

no throughout the transfer the same and the same

216 CAP. XXVIIII, DE NERVO SPLANCHNICO

meners quilturdentily deminents a crimit.

Mesaraici or hypogastricus.

Ab iisdem gangliis, plexu hepatico ac renalibus plexus mesavaicus superior originem trahit, qui, arteriam mesaraicam fuperiorem complectens, omnes eius ramos, ad intestinorum tunicas usque, comitatur. Idem plexus plures ramulos, cum plexuum renalium truncique intercoffalis imi filamentis coniunctos, ad arteriam mesaraicam imam ablegat, ibique plexum mesavaicum inferiorem producit, cuius fila nervosa huius arteriæ ramos, ad intestinorum tunicas ac vafa spermatica usque, comitantur. Ab hoc plexu quædam etiam filamenta, pone inferiorem coli flexuram, in aortæ extremitate descendunt, ac cum utriusque trunci intercostalis imi ramulis, ad ultimam lumborum vertebram, plexum bypogastricum efficiunt, qui, duobus gangliis, pone intestini recti initium, factis, omnibus in pelvi contentis partibus, ramos nervofos largitur. Vid. Christ. Gottl. Ludwig. progr. de plexibus nervorum abdominalium & nervo intercostali duplici, Lipf. MDCCLXXII.

38 Consecut of S. I.VII. In the series and

Imies intercostalis truncus.

Trunci intercostales imi, ramis nonnullis trunco laterali concessis, primo minores, dein, acceptis duorum ultimorum dorfualium ramulis, iterum maiores fiunt, atque, circa vertebrarum lumborum latera, ad anteriorem offis facri fuperficiem descendunt, cum vertebrarum & offis facri nervis ganglia ima nectunt, in hoc offe inter fe

coniunguntur, atque ex hac combinatione, ultimorum nervorum facrorum ramulis in focietarem assumtis, ramusculos ad corpora penis cavernosa, intestinum rectum, huius musculos atque ad os coccygis demittentes, circa nervi ischiatici exordia finiuntur.

ganglia. (progredientes.XXX. XXX) or ordinates elle,

Mental rech to minu dellay correla

De nervis vertebrarum generatim.

dorff, faperrore of his borden agent friend

Pluribus filamentis, in duos fasciculos, Nervi anteriorem ac posteriorem, collectis, vertebranervi vertebrarum ex medulla spinali oriun rum.
tur, atque, meningum propaginibus vestiti, ex communibus, lateralibus, vertebrarum foraminibus provenientes, ganglioque iuncti, truncum primitivum antrorsum pergentem, exiguumque ramum
spinam versus mittentem, si ab ultimis
ossis sacri nervis recesseris, constituerit.
Vid. Andr. Vesalii de humani corporis sabrica l. VII. edit. Albin. p. CCCLXXIII.
W. Comperi anat. C. H. tab. X. Alb. de Haller icon anat. fasc. I. tab. II. fasc. VII. tab. IIII.

§. II.

Medullæ spinalis filamenta antica ac po- Fasciculostica respectu numeri atque crassitiei qui-rum didem inter se conveniunt; at priora ex pluribus surculis tenuibus, bina filamenta pro
quovis nervo constituentibus, constant.